Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mus. ad memoriam nos reuocat dicens. Videbam satanan quasi fulgur
de celo cadente. quatenus non solo nos suae diuinae bonitatis; et demonicae
prauitatis exemplo ad obseruanciam sumere uirtutis accendat. Audi
uit quidem herodes tetrarcha famam ihu. et ait pueris suis. Hic est iohes bap
tista. ipse surrexit a mortuis. et ideo uirtutes operantur in eo. Qui be
ne intellexit mortuum posse hominem resuscitari ad uitam. bene de
resurrectionis gratia sensit. qui iustos post resurrectionem maioris po
tentiae quam mortalis fragilitas capit futuros esse prospexit. Sed misere
desipuit. quidquid de homine puro sponte credere potuit. hoc de do
homine credere tot miraculis attestantibus. tantis predicatorum preconiis
consonantibus nulla ratione censuit. Quare hoc fratres karissimi. nisi ut nos apte
intellegamus. non incredibile resurrectionis miraculum. sed prauae animos
a credendi gratia peccatis obstantibus esse impeditos. maioresque illi gratias re
feramus. quod nostris cordibus ablato erroris uelamine lucem ueritatis aperire
dignatus est. Herodes enim tenuit et ligauit iohem. et posuit in carce
re. propter herodiade uxorem fratris sui. Dicebat enim illi iohes. non licet te
habere eam. Impleuit uidelicet in iohe. quod de illo angelus zacharie patris
quam nasceretur predixit. quia precedere ante dominum in spiritu et uirtute helie.
Ambo nanque continentes uiuentes. ambo habitu incuti. ambo insoli
tudine degentes. ambo precones ueritatis. ambo reginae et regis. per
secutionem propter iusticiam passi sunt. Ille achab et iezabel. iste herodis
et herodiadis. Ille ne ab impius occideretur. igneo curru et raptus in celum.
iste ne ab impius uinceretur. profecto martyrii certamine. spiritum celestia